

P R D



136313

Valkinus' Andreas Molanus  
Grenad. Hal. S. p. 11.  
Aprili 1670.

Nr 6 Q


IX.

DYSENTERIAE  
NATVRAM ET  
CVRAM  
AVSPICIIS IEHOVÆ  
EX  
EDICTO  
MAGNIFICORVM & GRATIOSORVM  
SENATVS ASCLEPIADEI  
PROCERVM  
ADVMBRATAM  
*Omnibus Phœbi & Apollinis cultoribus*  
*& admiratoribus*  
DOCTORATVS MEDICI  
CONSEQUENDI  
CAVSA  
*ventilandam proponit*

IOACHIMVS IANICHIUS  
DANTISCANVS

*Ad diem 21. Septembr. in ἀνγοαῖηντι Medico,  
horis consuetis,*

*ANNO à nato CHRISTO CI C IC C X VI.*



BASILEÆ,  
Typis IOAN. IACOBI GENATHII,  
Acad. Typographi.

GENEROS: NOBIL: ET  
MAGNIF:  
D. BVRGGRABIO REGIO  
CÆTERISQ.  
CELEBRATISSIMÆ  
QVÆ RIGÆ LIVONVM EST  
REIPVBL:  
CONSVLIBVS AC SENATORIBVS  
MERITISSIMIS  
VIRIS AMPLISSL: PRUDENTISSL:  
GRAVISSIMIS,  
EIVSDEMQ. PASTORI PRIMARIO  
ET SCHOLARCHÆ  
REVER: ATQ: OMNIGEN: SCIENT:  
EXCVLTISS: CLARISS: VIRO  
D. M. HERMANNO SAMSONIO  
ADFINI VT OPTAT: ITA  
HONORAT:  
IN AVGVRALEM AGONEM HVNC  
SVBMISSÆ OBSERVANTIÆ  
ET  
ÆTERNI CVLTVS TESTEM  
CERTISS.  
SACRVM ET GRATVM  
VNICE OPTO  
IOACHIMVS IANICHIVS.



DYSENTERIAE  
DIAGNOSIS, PROGNOSIS  
ET THERAPIA.

I.

**M**EDICAE LAUREAE consequenda gratiâ, presenti agone, DYSENTERIAE Naturam & Curâ, πάχυλῶς, καὶ τυπὸν ὡς describere statui. Est quippe partim Διὰ τὸ τὸ Διαθέσεως μέρεῖος, partim Διὰ καρκίνων, ut loquitur Galen 4 m.m. 6. ιχυρὸν πᾶῖος, i.e. Affectio, ut vulgatissima, ita acutissima. Epidemica sapè & contagiosa, agros, mature nî succurratur, immenso è mundi hujus nosodochio, demetens cruciatu: Quibus accedit, quod alius plerisq; etiam in anni temporibus sas viat licet, praesenti interim aëris constitutioni autumnali, οἰκεῖα οἷον ἔστι, καὶ αὐτόλογος ἡ δύσεντερίη.

II. Ex eorum affectuum, qui ab affectu sede nomen mutuantur, censu perhibetur à Gal. l. 2. m. m. 2. Dysenteria enim, à δὺς, quod malum, & σύτερον, quod intestinum significat, intestinorum quasi dicas difficultatem, & præternaturalē dispositionem, dicta: Leonicenus ἐρόφης, Cels. l. 4. c. 15. tormina, quod mirè torqueantur intestina, nimis generali appellatione nominat.

III. Advertendum autē initio, (ἀμφιβολογία ne imponat fortè) Gal. & Hippoc. communiter, omnem cruentam dejectionem, (quæ naturâ sive copiâ humorum aggravata, sive biliosioris sanguinis acrimoniâ stimulata, sive morbi dâ vi prostrata, accidit) quanquam cum adjuncto dysenteriam cruentam & hepaticâ nuncupare paßim, lib. 6. de loc. aff. c. 2, absolutè autem & propriè sic dictam dysenteriam

ejusmodi solum, quâ paucus sensim, brevibus ex intervalis, laboriosè, summis cum terminibus ex intestinis exulceratis exit sanguis, dejectionem vocat.

IV. Hoc sensu c. 2. lib. 6. de l. aff. inquit Gal. principaliter sic vocata dysenteria, intestinorum est ulcus, ab humoribus mordacibus; Unde liquidum, quod morbus praesens sit in genere soluta & continuitatis: Sedem agnoscet, intestina, tenuia modo, modo crassa. hæc q̄ vel solius externæ aut internæ carnosæ, aut utriusq; tunica & suæ respectu afficiantur.

V. Differētias mutuamur præsentis affectus; aut ab ipsa cùm Essentia: Sic Dysenteria alia Simplex est, eaq; siens vel facta jam; alia Maligna, cum insigne inflammatione, febre, putredine conjuncta: tūm Sede, Sexit enim in intestina superiora, nunc inferiora omnia, recto intestino excepto, (cujus ulcus tenesmi nomen obtinet) aut à causis effectricibus partim: hinc dividitur in biliosam, atrabilariam, pituitosam; partim ab ejusdē symptomatibus, diversisque excretis. Etenim in Dysenteriis αἰματώδη modo, modo πυρελαϊδή καὶ πυρωδή, modo ἐφέλαιδες, καὶ τὰ ἔντερα ξύσματα rejiciuntur.

VI. Sed distinctio causarū & signorum expositio, tūm has, tūm alias Dysenteriae species, dilucidabit nobis ubiū, ad quam curationis fundamentum velut immotum nos accingētes, causas intestina exulcerates duplices ponimus: Proctarēticas & Proëgumenas: Illæ hasce gignere, accusare aut commovere possunt, aut intestina in tantū, ut τῶν μοχθηρῶν χυμῶν Ὀπιπόλιδι admittant, debilitant: Has in Antecedentes, Mediatas & Conjunctas proximas cum Gal. c. 2. lib. 6. de l. aff. partimur.

VII. Aëris, ut in aliis morbis; ita in Dysenteriā gignens dā herclē summa est vis, cùm scilicet ille aut occultis malignis, aut manifestis pollens qualitatibus justo aut calidior, aut frigidior, humidior, siccior est, & hoc sensu in Vere plus vioso,

vioso, quod hyemem siccum, 3. aph. 11, & similiter in Aquilonio Vere, quod austrinam exceptit hyemem, 3. aph. 12, quin imò in magnis siccitatibus aëris, dysenterias excitari scribit Hipp. 3. aph. 16. 22. &c.

IIX. Ex assumptis, quæcunq; sive alimenta, sive medicamenta, aut calida nimis sunt & acria (ut sunt cœpe, allium, piper, salsa cathartica, item violētiora omnia, Scammoniū, Colocynthis, Vitriolū, Cinnabaris &c.) sive onpiñā, ut etiā fructus immaturi, horarii, musti, aquæ dulcis, potus largior, hujusmodi cùm præsertim vitiōsis sucis refertū corpus denuo offendent, sola sèpè absq; ullius alterius causæ interventu, dysenteriam inducunt. Exemplum habetur lib. 1. de l. aff. c. 4, ejus, qui ex vehementioris cathartici usu, in cruentum & dolorosum e jussmodi profluviū incidit.

IX. Per contagium mali hujus, ex illis quæ per alvum excernuntur, in alios disseminari, seminarium, quotquot assellationi destinatum locum, & in anum quibus enemata injiciuntur, instrumenta contagiosa affirmant, probant: Taceo & putredinem & summum περιθωμάτων fætorem, indeq; excitatas atq; ambienti permiscentes sese exhalationes maleficas.

X. Præbent deniq; affectui huic ansam maximā, 1. tām animi quām corporis motus concitatores. 2. ἡ ερηματία & immoderatores vacuationes inferæ, 3. diutius justo retenita excernenda salsa simūl & lenta.

XI. Quoad Dysenteriae causas intrinsecas, harū quædam sunt Antecedentes, 1. Intestinorum, imprimis hepatis, deinde & Ventriculi δυσκρεσία θερμή τε καὶ ξηρά. 2. Humores acres, falsi, mordaces, synceri aut permixti ἢ εἰς τὴν γαστέρα συρρέοντες. 3. τὸ ναθ' εῶν τούτου διπολεμούσι. lib. 3. de caus. sympt. c. 2. quædam conjunctæ proximæ, iidem humores jam in Intestina prolapsi, anfractibus & tunicis

illorum infixi, jam cū dēxī mucī dīstōrū pīlōvtes te, nōtī xīvōvles cū  
xīvōvō jī ēlīvōvles tā cū tēgē. i. e. in principio quidem abras-  
denies, deinde successu temporis exulcerantes quoq; ina-  
testina.

XII. Triplex autē hujusmodi praecipue est humor, 1. Sans  
guis acrior biliosus, 1. de loc. affect. c. 2. 7. a. 3. 2. Pituita lena  
ta, falsa, quæ dīgā tūlū γλυχρότηcū mucī dīxūcūa, dīgā jī tūlū  
ποιότηcū ipsa exulcerat, & erodit intestina. 3. Humor atra  
biliarius adustus, qui ex 4. a. 24. intestinis cancrosum ulcus  
ānīatōq; inducit. 4. Hisce addimus saniem purulentam alia  
cunde in intestina impulsam, aīq; eadem mordacitate sua  
vellicantem.

XIII. Tantum de Causis: ad Signa progredimur; quoq;  
rum alia Diagnostica, Distinctiva alia, alia Prognostica.  
Illa morbum ipsum hujus subjectum, Item & causam cons-  
junctam demonstrant: Ista ab omni alia ventris perturba-  
tione præsens malum distinguunt: Ejusdem decursum, du-  
rationem & solutionis modum patefaciunt: Prognostica,  
scientifica ferè pleraq; sunt & manifesta adeo, ut accurata  
minime indigeant conjectura, ut habetur lib. 12. m. m. c. 7.

XIV. Ipsius morbi quæ delineat faciem, in definitione  
adducta jam antē, in imo Ventre ex intervallis brevissimis  
tormina, dolor mordax, qui sensim, sensimq; augetur, percis-  
pitur, sanguis exigua quantitate primo cum pingui aut  
mucosa potius substantia, cum intestinorum dehinc abras-  
ionibus, crustulis, ephelcidibus, aliisq; ventris excrementis  
permixtus excernitur.

XV. Impropriè autē sic dictæ Dysenteriae, hepaticus flus-  
sus, E. G. vacuans plethora per alvum, fluxio diarrhoica,  
cæliaca, lienteriaca, & hemorrhoidalis, aliaq; similia res-  
tentricis & concoetricis facultatis symptomata, præters-  
quam quod dolore & ventris careant torsionibus, neutis  
quam exiguae & crebrae, sed aīthróaq; περιοδιq; & per longis-  
simas

sima intervalla facta sunt excretiones, ut est lib. 6. de loc. affec.  
fect. 2. & lib. 3. de causis sympt. c. 3.

XVI. Morbi material discernes maximè ab excretorum colore, substantia sed ita, ut patientis temperaturæ, etatis, vitæ anteactæ, & reliquorū prædominantes humiditates noxias quæ ostendunt, non negligas considerationem. Senibus e. g. frequētius à Pituita, à Bile Juvenibus, Cholericis à Flava, ab atra Bile Melacholicis accidit. Quin & multum & gener sum vinum fumentes, qui calidis, peratis vescuntur cibis, & perpetuis exercentur motibus, biliosā; Abstemii econtrā; Ictyophagi ociosi, pituitosā; torquentur ut plurimum Dysenteria.

XVII. Affici intestina horum lœsa functio, doloris situs excretorumq; testantur proluvies: Ast superiori ne an inferiori intestino ulcus delitescat distinguendum in primis (ad prædictionem partim, partim fœlicius peragendam ad curam:) Sicut enim tenuium intestinorū letharia uip plurimum censentur, ita assumptis potius, quam injectis (secùs quam crassorum) percuranda Pharmacis.

XIX. Attendantur hic 1. ad afflagentis doloris proprietatem; (situs doloris, summis medicis merito suspeccatus habetur) obtusior crassorū: Ast tenuium intestinorum dolor est acutior, indeq; febris & sitis oritur major. 2. Eorum quæ excernuntur substantiam, mucosa, pinguia, ex crassis ferè solūm, ex his simul & tenuibus ephelcides rejiciuntur & ramenta, sed ex crassis crassiora, tenuiora ex tenuioribus. 3. Ad permixtionis excrementorum modum, & quo excernuntur tempus.

XIX. Quò magis enim pussanguis & sanies cæteris permixta fuerint excrementis; tanto è longinquo magis illa venire indicio sunt; sic quò citius post perceptos morsus & dolores fæces exeunt; tanto minus ex longinquo loco veniunt eadem: quanto tardius, tanto magis superiora inten-

*stina ulcerata, est vero simillimum, ut docet Gal lib. i. de los  
cis affect. c. 4.*

**XX.** Prognostica Dysenteriae signa, hujus decursum eveni-  
tum, evenius modum, item & tempus portendunt, petun-  
tur ex ulceris praesentiis 1. naturâ, 2. causâ conjunctâ,  
subjecto, & symptomatibus.

**XXI.** De eventu ipso si quæras, in genere loquendo,  
passio Dysenterica acutissima, est dubii eventus & ancipi-  
tis, salute interdū, interdum morte terminari solita. Quæ  
Epidemica & contagiosa est, lethalis est, cum præsertim fe-  
bris ipsi accesserit inflammatio, sitis ingens, diarrœia, con-  
vulsio, vomitus, singultus, hemorrhagia, aliaq; planè invas-  
idas dejicientia vires.

**XXII.** Periculi plena Dysenteria tenuia, jejunum im-  
primis quæ ob sidet intestinum, propter ventriculi & jecoris  
exumptiviar, magnitudinem vasorum, & deniq; tunicam nero-  
veam planè tenuissimam, ut est lib. 6 m. m. c. 4. Pessimum  
cum ad intima penetrante ulcere, erosisq; venis oīou sanguineis  
ἀποχωρήσαστ. 4.a.26.

**XXIII.** A bile porracea & aeruginosa quæ incipit,  
Dysenteria pessima, similiter ḡavāsīm, ab atrabile ḡrā  
ἀρξεται, sicut loquitur 4.a.24, Exulcerata quippe persimilis  
est cancro, alias in confesso est, in quartanarum decli-  
nationibus & affectibus lienis, naturæ robore, atrabilarias  
ejusmodi plures, salubriter fieri evacuationes.

**XXIV.** Non contemnenda illa, quam salsa commisit pi-  
ruita, nam & tenacibus hæret illa intestinis, & salsedine sua  
abradit & mordet eadem vehementius; Biliofa vero tuif-  
sima, & magis adhuc quam calidior parit quandoq; san-  
guis, ex s.a. 65.

**XXV.** Caveamus interim, ne sanguinem concretum ex  
intestinis rejectū, atrabilem pronunciantes, Hipp. 4. a. 24.  
dubium vocitemus pronunciatum: Affirmat E. G. Forestus.

*In sans*

In sanguinolenta Dysenteria, sèpè nigerrima, pici simillima, citra periculù rejecta fuisse. Id ipsum Hollerius multoties vidit in iis, de quorum salute desperabant jam adstantes.

XXVI. Quo ad eventus modum, longo tempore perseverans Dysenteria, vi intestinorum magnopè debilitata, intabem deniq; vel lienteriā, vel hydrope, mortemq; definit calamitosissimam, sicuti docetur 6.a.43.

XXVII. Quid de salute agri sperandum, præmissis constat ex presagiis; circa eundem, quid, quantum, quando, quomodo agendum, indicationes nos docebunt curatoria, deducendæ ab ulcere ipso, quatenus ulcus hujus à causa conjuncta antecedēte, quin imò ejusdē à symptomatibus, hisce namq; per se non debeatur licet curatio, ut è lib.12.m.m.c.7.dolor interim animæ vires summè quia prosternit, anodynus, eapropter in primis sedandus quām stus diosifissimé.

XXIX. Humor acris falsus sui correctionem, putridus evacuationem, influens autem diversionem postulat & vacuationem, ex lib.11.m.m.1. lib.9.m.m.12. ipsum verò ulcus detergentia, epulotica, exiccatia, adstringentia, & cicatricē inducentia, nō tamē in omni Dysenteria indicat.

XXXI. Pro exulcerationis enim diversitate (ab excretis petenda) alia atq; alia cōveniunt pharmaca. Incipientibus nec multū sordidis ulceribus, leviter abstringentia sufficiunt: In sordidis econtrà potentius abstringentibus & cicantibus opus est præsidii.

XXX. Putredo & corruptio ulceri depascenti quoties accesserit, fortè ad naufragia (ne ulterius serpat malum) consurgere liceat.

XXXI. Adsequemur scopus hosce omnes, Diétâ, Pharmaciâ & Chirurgiâ, à vitæ regimine exorsi, ut quæ morbo huic ansam præbuere, aut in totum tollantur, aut corrigantur

tur saltēm, hortamur. Evitato itaq; aëre austrino, uoso,  
nebuloso, in actiuis qualitatibus temperatum, in passiuis  
ad siccum nonnihil declinantem, inspicient ægri aërem.

XXXII. Vigilias, animi & corporis in primis motus con-  
citatores formident sedulō; quieti contrā & somno, quò  
vires dissipatae refocillentur, pravorumq; humorū (expul-  
trice sopitā) motus compescitur, operam navent strenuam.

XXXIII. Potus & alimentorum loco usurpare debent,  
quaे humorum attemperata acrimonia, ita leniunt & abs-  
tergunt, ut aestum, si quis adsit, infringere, & vi emplasticā,  
ad strictione item leni intestinis robur conciliare possint.  
Ejusmodi sunt juscula, lactuca, portulaca, plantagine ace-  
tosa alterata, ptisana, avenatū, panatella, pultes ex oryza,  
amylo panibus siccis elixatis cum ovorū vitell. sacch. rosat.  
caponum jusculis, cotoneorum affuso modicè succo, paratæ.

XXXIV. Ex carnibus, gallinæ antiquæ commendantur,  
perdices, turtures, avicula montanae, cum cornis, mespilis  
& malis cotoneis condienda. Bibant aquam hordei chaly-  
beatam, serum lactis caprini, igneis lapillis immis̄is πεπυ-  
ρωματοι: plantag:rosar:rubr:acetos:polygon:aqua scillatic:  
quibus Julep: rosati syrup: de acetos: rosar: sicc: myrh: &c.  
permiscentur rectissimé.

XXXV. Circa Cheirurgica præsidia, an? quando? ex  
qua vena item mittendus sit sanguis? anxiè disputat Praz-  
ticci. Pertundendam autem statuo 1. in biliose maximè  
Dysenteriæ principio, ægri nec virtute repugnante, nec etas-  
te (authore Valesio, valdè senex, à tribus jam mensibus Dy-  
senteria confectus penè, reluctantibus licet Medicis aliis o-  
mnibus, pertusâ venâ convaluit.) 2. Cùm sive plethora,  
sive consuetæ cuiuspiam evacuationis suppressio, malum  
commiserit. 3. Huic malo febris continua, inflammatio,  
exquisitissimus dolor, insignis ve conjuncta fuerit intem-  
peries jecoris.

XXXVI. Con-

XXXVI. Contrariae ubi sese offerunt indicationes, omis-  
tenda omnis phlebotomia, quippe cum præterquam nec ipsi  
intestinorum morbo, nec conjunctæ hujus cause quicquam  
conducat, insuper vires labefactatas prosternit penitus.

XXXVII. Porro Saphenæ quidem & malleoli, vena, in  
suppressis sive mensibus, sive hemorrhoidibus: mediana  
autem & basilica, & refrigerationis & derivationis gra-  
tiâ (ad affectum locum, humoris via fortè sternatur) ins-  
cidenda est.

XXXIX. Ex Pharmacia desumpta præsidia vel assas-  
muntur, vel injiciuntur, vel admoventur: atq[ue] rursùm res-  
piciunt Dysenteriae vel causam antecedentem conju-  
ctam, quam alterat partim, partim ab affectu sede aver-  
tunt & evacuant, vel sedem affectam ulcerata intestina  
abstensa; adstringunt & his simul ac vicinis partibus robur  
addunt, vel symptomata vehementiora, febrim, dolos-  
rem, ventris tormenta, alvi fluorem, hemorrhagiam.

XXXIX. Ad impuritatum colluviem excludendam  
sumatur expressum rhei syrup: rosar: violar: myrobal: tas-  
marind: Clysteres lenientes: qui bilis acrimoniam obtun-  
dant, simul & detergant, fluorēq[ue] sistant, injiciantur.  
E. G. Rx Lactis chalybeati tbs. succ. plantag. 3ij. R. ovi vis-  
tell. N. ij. sacchar. rosar. 3j. R. F. Clyster.

XL. Materiæ ad intestina ruentis avertendæ causâ  
(institutâ jam purgatione) præter basilicæ incisionem &  
vomitum, frigidis quoq[ue] diureticis, additis adstringētibus,  
ad urinarias vias derivamus eandem.

XLI. Prædictis diligenter administratis, abstensi &  
glutinaturi, intestinali excoriationem, varia exhibere  
& injicere poterimus: Singularis est hoc in casu, quovis  
modo administrata plantago, polygonum &c. junculæ inco-  
cta stillatitia illius aqua, cum rosar: sicc: granatorum, Cy-  
doniorum, myrt: syrup: dissolvitur. Sic ex trichisc: de bolo  
armen:

armen: de carab: spod: terr: sigill: cornu cervino usto, cum carne Cydoniorum, & rosar: rub: Syrup: F. Opiatae, & causae & morbo convenientissime, non secus ac radic: tormentill: bistort: nuc: cypress: in vino rubro styptic: decoctum, ebibitur, & cum spongia pectori admotum, efficacia est summa.

XLII. In crassis cum malum fuerit intestinis, adstringentibus & abstensoriis pugnandum enematibus, concinnatis ex rosar: rubrar: plantag: burs: pastoris, polygon: horae dei, centaur: & cicer: rubro lupin: decocto, in quo dissolvuntur Syrup: & sacc: rosar: mel, urgente dolore, opium & physionium Rom. ipsaq; addi poterit theriaca.

XLIII. Eundem in finem foris, varia admoveri solent emplastra, fomenta, linimenta: Illa ex malis cotoneis, pyris sylvestr: decoctis, addedo pulv: bol: armen: rosar: rub: symph: cum succo plantag: parantur: Ista ex plantag: rosar: radic: adstring: in vino austero chalybeato decoctionibus fiunt: Hæc tandem per abdominis ex ol: cydon: mastich: rosarum inunctionem, expediuntur.

XLIV. Præcedentium præsidiorū pleraq; dolori etiam, ceterisq; Dysenteria & symptomatibus coercendis, quam sunt accommodatisima, quibus incassum pertentatis, ad stupes facientium deveniendum est usum, ita moderandum, ut hisce semper benigniora admisceantur Pharmaca, materia & formulas eorundem cuivis quippe perspectas subnectere tñdet: quare hic pedem figentes, meliora monentibus, cedere quamsumus præratissimi.

Tῷ Θεῷ μόνῳ στόχῳ.



Ela 4367.8. 3.

ULB Halle


002 370 387

3




TA-OL  
(Titel 16 u'  
17 muß  
durch Handschriften  
abt. erfasst werden  
17. 10. 99 J. Stk.)

VD17



**Farbkarte #13**



DYSENTERIAE  
NATVRAM ET  
CVRAM

AVSPICIIS IEHOVÆ

EX

EDICTO

MAGNIFICORVM & GRATIOSORVM  
SENATVS ASCLEPIADEI

PROCERVM

ADVMBRATAM

Omnibus Phæbi & Apollinis cultoribus  
& admiratoribus

DOCTORATVS MEDICI

CONSEQUENDI


CAVSA

*ventilandam proponit*

IOACHIMVS IANICHIUS  
DANTISCANVS

*Ad diem 21. Septembr. in æugœstheriæ Medico,  
horis consuetis,*

ANNO à nato CHRISTO CL IO C X VI.



BASILEÆ,  
Typis IOAN. IACOBI GENATHII,  
Acad. Typographi.

